

DIOCESE DE NÎMES
PAROISSE NOTRE DAME
CHAPELLE SAINTE EUGENIE

7, RUE SAINTE EUGENIE
30000 NIMES



MESE DE 10H15
CELEBREE SELON LE MISSEL
DE SAINT PIE V
(FORME EXTRAORDINAIRE)

IN ASCENSIONE DOMINI

L'ASCENSION DU SEIGNEUR



N'hésitez pas à emporter ce livret chez vous

Chaque semaine, vous pouvez télécharger et imprimer vous-même ce livret en vous rendant sur le site www.chapellesainteegenie.com, rubrique documents -> Programme des messes.

INTROÏT

Viri Galilæi, quid admirâmini aspiciéntes in cælum ?
allelúia : quemádmódu(m) vidístis eum ascendéntem in
cælum, ita véniet, allelúia, allelúia, allelúia. Ps/.
Omnes gentes, pláudite mánibus : iubiláte Deo in voce
exsultatiónis.

Hommes de Galilée, pourquoi vous étonnez-vous en
regardant le ciel ? Alléluia. De la même manière que
vous l'avez vu monter au ciel, il reviendra, alléluia,
alléluia, alléluia. Ps/. Nations, frappez toutes des
mains ; célébrez Dieu par des cris d'allégresse.

KYRIE

v.
K Y-RI- E * e- lé- i-son. *ijj.* Christe
e- lé- i-son. *ijj.* Ký-ri- e e-
lé- i-son. *ijj.* Ký-ri- e * ** e- lé- i-son.

GLORIA

Glória in excélsis Deo et in terra pax homínibus bonæ
voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus
te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter
magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex cœléstis,
Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite, Iesu
Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui
tollis peccáta mundi, miserére nobis. Qui tollis peccáta
mundi, súscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad
dexteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus
Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Iesu
Christe. Cum Sancto Spírítu in glória Dei Patris. Amen

*Gloire à Dieu au plus haut des deux, et paix sur la terre
aux hommes de bonne volonté. Nous vous louons,
nous vous bénissons, nous vous adorons, nous vous
glorifions et nous vous rendons grâces pour votre
gloire immense, Seigneur Dieu, Roi du ciel, Dieu Père
tout-puissant. Seigneur Fils unique, Jésus-Christ,
Seigneur Dieu, Agneau de Dieu, Fils du Père, vous qui
enlevez les péchés du monde ayez pitié de nous, vous
qui enlevez les péchés du monde accueillez notre
prière, vous qui siégez à la droite du Père, ayez pitié de
nous. Car c'est vous le seul Saint, vous le seul Seigneur,
vous le seul Très-Haut, Jésus-Christ, avec le Saint-
Esprit, dans la gloire de Dieu le Père. Ainsi soit-il*

V/. Dóminus vobíscum.

R/. Et cum spírítu tuo

V/. Le Seigneur soit avec vous

R/. Et avec votre esprit

ORATIO

Oremus. Concéde, quæsumus, omnípotens Deus : ut,
qui hodiérna die Unigénitum tuum, Redemptórem
nostrum, ad cælos ascendísse crédimus ; ipsi quoque
mente in cœléstibus habitémus. Per eúndem
Dóminum..

Prions. Nous vous en supplions, ô Dieu tout-puissant,
faites-nous cette grâce : nous qui croyons que votre
Fils unique, notre Rédempteur, est aujourd'hui monté
aux cieux ; que nous habitons aussi nous-mêmes en
esprit dans les demeures célestes.

Primum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Iesus facere et docere usque in diem, quæ præcipiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assumptus est: quibus et præbuit seípsum vivum post passiónem suam in multas arguméntis, per dies quadragínta appárens eis et loquens de regno Dei. Et convéscens, præcepit eis, ab Ierosólymis ne discéderent, sed exspectárent promissionem Patris, quam audístis (inquit) per os meum: quia Ioánnes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímini Spíritu Sancto non post multos hos dies. Igitur qui convénerant, interrogábant eum, dicéntes: Dómine, si in témpore hoc restítues regnum Israël? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse témpora vel moménta, quæ Pater pósuit in sua potestáte: sed accipiétis virtútem superveniéntis Spíritus Sancti in vos, et éritis mihi testes in Ierúsalem et in omni Iudæa et Samaría et usque ad últimum terræ. Et cum hæc dixisset, vidéntibus illis, elevátus est, et nubes suscepit eum ab óculis eórum. Cumque intuerétur in cælum eúntem illum, ecce, duo viri astiterunt iuxta illos in véstibus albis, qui et dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in cælum, sic véniet, quemádmódum vidístis eum eúntem in cælum.

ALLELUIA

Allelúia, allelúia. V/. Ascéndit Deus in iubilatióne, et Dóminus in voce tubæ.

Allelúia. V/. Dóminus in Sina in sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia

Dans mon premier livre, ô Théophile, j'ai parlé de tout ce que Jésus a fait et enseigné depuis le commencement, jusqu'au jour où, après avoir donné ses ordres, par l'Esprit-Saint, aux apôtres qu'il avait choisis, il fut enlevé au ciel. Il s'était aussi montré à eux vivant, après sa passion, par des preuves nombreuses, leur apparaissant pendant quarante jours, et leur parlant du royaume de Dieu. Comme il mangeait avec eux, il leur ordonna de ne pas s'éloigner de Jérusalem, mais d'attendre la promesse du Père, que vous avez, dit-il, entendue de ma bouche; car Jean a baptisé dans l'eau, mais vous, vous serez baptisés dans l'Esprit-Saint dans peu de jours. Ceux donc qui se trouvèrent réunis l'interrogèrent en disant: Seigneur, est-ce maintenant que vous rétablirez le royaume d'Israël? Il leur répondit: Ce n'est point à vous de connaître les temps ou les moments que le Père a fixés de sa propre autorité; mais vous recevrez la force du Saint-Esprit qui descendra sur vous; et vous serez mes témoins à Jérusalem, et dans toute la Judée et la Samarie, et jusqu'aux extrémités de la terre. Après qu'il eut dit ces paroles, sous leurs regards il fut élevé et une nuée le déroba à leurs yeux. Et comme ils contemplaient attentivement le ciel pendant qu'il 'en allait, voici que deux hommes se présentèrent en vêtements blancs, et dirent: Hommes de Galilée, pourquoi restez-vous là à regarder au ciel? Ce Jésus, qui du milieu de vous a été élevé dans le ciel, viendra de la même manière que vous l'avez vu aller au ciel

Allelúia, allelúia. V/. Dieu est monté au milieu des cris de joie, et le Seigneur au son de la trompette.

Allelúia. V/. Le Seigneur dans son sanctuaire comme au Sinaï, montant sur la hauteur, a emmené des captifs. Alléluia.

In illo tēpore : Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Iesus : et exprobrávit incredulitátem eórum et durítiam cordis : quia iis, qui víderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis : Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui crediderit et baptizátus fúerit, salvus erit : qui vero non crediderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequéntur : In nómine meo dæmónia eícient : linguis loquantur novis : serpentes tollent : et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit : super ægros manus impónent, et bene habébunt. Et Dóminus quidem Iesus, postquam locútus est eis, assúptus est in cælum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profécti, prædicavérunt ubique, Dómino cooperánte et sermónem confirmánte, sequéntibus signis

En ce temps-là, Jésus se montra aux Onze eux-mêmes, tandis qu'ils étaient à table ; et il leur reprocha leur incrédulité et la dureté de leur cœur, parce qu'ils n'avaient pas cru ceux qui avaient vu qu'il était ressuscité. Et il leur dit : Allez dans le monde entier, et prêchez l'évangile à toute créature. Celui qui croira et qui sera baptisé, sera sauvé ; mais celui qui ne croira pas sera condamné. Voici les miracles qui accompagneront ceux qui auront cru : en mon nom, ils chasseront les démons, ils parleront des langues nouvelles, ils prendront les serpents, et s'ils boivent quelque breuvage mortel, il ne leur fera pas de mal ; ils imposeront les mains sur les malades, et ils seront guéris. Le Seigneur Jésus, après leur avoir parlé, fut élevé dans le ciel, et il est assis à la droite de Dieu. Et eux, étant partis, prêchèrent partout, le Seigneur coopérant avec eux, et confirmant leur parole par les miracles dont elle était accompagnée.

Après l'Évangile, on éteint le Cierge pascal et on ne l'allume plus, sauf le Samedi de la Pentecôte à la bénédiction des fonts

CREDO

Credo in unum Deum, Patrem omnipoténtem, factórem coeli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri : per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nostram salútem descendit de cœlis. **(Faire une genuflexion).** ET INCARNATUS EST DE SPIRITU SANCTO EX MARIA VIRGINE : ET HOMO FACTUS EST. Crucifíxus etiam pro nobis ; sub Póntio Pilato passus, et sepúltus est. Et resurrexit tértia die, secúndum Scripturas. Et ascendit in coelum : sedet ad dexteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória iudicáre vivos et mórtuos : cuius regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem : qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre, et Filio simul adorátur et conglorificátur : qui locútus est per Prophétas. Et unam, sanctam, catholicam et Apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et expécto resurrectionem mortuórum. ✚ Et vitam ventúri sæculi. Amen.

OFFERTOIRE

Ascéndit Deus in iubilatíone, et Dóminus in voce tubæ, allélúia.

Dieu est monté au milieu des cris de joie, et le Seigneur au son de la trompette, allélúia

SECRETE

Súscipe, Dómine, múnera, quæ pro Fílii tui gloriósa censióne deférimus: et concéde propítius; ut a præsentibus perículis liberémur, et ad vitam per veniámus ætérnam. Per eúndem Dóminum.

Agréez, Seigneur, les offrandes que nous vous présentons en l'honneur de la glorieuse ascension de votre Fils et concédez-nous avec bonté d'être délivrés des périls de la vie présente, puis de parvenir à la vie éternelle.

PREFACE DE L'ASCENSION

...Per ómnia sæcula sæculórum.

R/. Amen.

V/. Dóminus vobíscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

V/. Sursum corda.

R/. Habémus ad Dóminum.

V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro

R/. Dígnum et iústum est.

..Dans tous les siècles des siècles.

R/. Ainsi soit-il.

V/. Le Seigneur soit avec vous.

R/. Et avec votre esprit.

V/. Élevons nos cœurs.

R/. Ils sont tournés vers le Seigneur.

V/. Rendons grâces au Seigneur notre Dieu.

R/. C'est juste et nécessaire

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, per Christum, Dóminum nostrum. Qui post resurrectiónem suam ómnibus discípulis suis maniféstus apparuit, et, ipsis cernéntibus, est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse participes. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et c'est notre salut, de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu éternel et tout-puissant: Par le Christ Notre-Seigneur Qui après sa résurrection apparut manifestement à tous ses disciples et à leurs yeux s'est élevé au ciel, afin que, de sa divinité, il nous rende participants. C'est pourquoi, avec les Anges et les Archanges, avec les Trônes et les Dominations, avec la troupe entière de l'armée céleste, nous chantons une hymne à votre gloire, redisant sans fin:

SANCTUS

vi. **S** AN- CTUS, * Sanctus, San- ctus Dó- mi- nus De- us
Sá- ba- oth. Ple- ni sunt coe- lí et ter- ra gló- ri- a
tu- a. Hosánna in excél- sis. Be- ne- dí- ctus qui ve- nit
in nómine Dó- mi- ni. Ho- sán- na in excél- sis.

PATER NOSTER

Præceptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere.

Pater noster, qui es in cælis : sanctificétur nomen tuum ; advéniat regnum tuum ; fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie ; et dímítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debítóribus nostris ; et ne nos indúcas in tentatiónem.

R/. Sed líbera nos a malo.

V/. Per omnia sæcúla sæculórum.

R/. Amen.

V/. Pax + Dómini sit + semper vobís + cum.

R/. Et cum spiritu tuo.

Éclairés par le commandement du Sauveur et formés par l'enseignement d'un Dieu, nous osons dire :

Notre Père qui êtes aux cieux, que votre nom soit sanctifié, que votre règne arrive, que votre volonté soit faite sur la terre comme au ciel. Donnez-nous aujourd'hui notre pain de chaque jour ; pardonnez-nous nos offenses comme nous pardonnons à ceux qui nous ont offensés, et ne nous laissez pas succomber à la tentation.

R/. Mais délivrez-nous du mal

V/. Dans tous les siècles des siècles.

R/. Ainsi soit-il.

V/. La paix + du Seigneur + soit toujours avec + vous.

R/. Et avec votre esprit.

AGNUS DEI



A - gnus De- i, * qui tol-lis peccá-ta mun-di: mi-se-ré- re
no- bis. Agnus De- i, * qui tol- lis peccá-ta mun-di: mi-se-
ré- re no- bis. A- gnus De- i, * qui tol-lis peccá-ta mundi:
dona no- bis pa- cem.

COMMUNION

Psállite Dómino, qui ascéndit super cælos cælórum ad Oriéntem, allelúia.

Prière pour la France

Dómine, salvam fac Gálliam :

Et exáudi nos in die qua invocaverímus te.

Célébrez le Seigneur qui s'élève au plus haut des cieux vers l'Orient, allélúia.

Seigneur, sauve la France,

Et exauce-nous au jour où nous t'invoquerons

POSTCOMMUNION

V/. Dóminus vobíscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

Præsta nobis, quæsumus, omnípotens et miséricors Deus: ut, quæ visibílibus mystériis suménda percépimus, invisíbili consequámur efféctu. Per Dóminum.

V/. *Le Seigneur soit avec vous.*

R/. *Et avec votre esprit.*

Nous vous en supplions, Dieu tout-puissant et miséricordieux, accordez-nous que ce que nous avons reçu en nourriture durant ces mystères visiblement célébrés, nous en obtenions l'effet invisible

ITE MISSA EST & BENEDICTION

AU DERNIER ÉVANGILE : REGINA CAELI

6.



R Egína caéli * laetáre, alle-lú-ia : Qui- a quem me-
ru- ísti portáre, alle-lú-ia : Resurréxit, sic-ut dixit, alle-
lú-ia : Ora pro nó-bis Dé-um, alle-lú- ia.

